Forum coquinum qui uocant ſtulte uocant
Nam non coquinum eſt uerum furinū ē forum
Nam ſi ego iuratuſ peiorem hominem quererem
Coquum non potui q̄ hunc quem duco ducere
Multiloquum glorioſum inſulſum inutilem
Quin ob eam rem orcuſ recipere hunc ad ſe noluit
Ut eſſet hic qui mortuis cenam coquat
Nam hic ſolus illis coquere quod placeat pot̄
Si me arbitrabere iſto pacto ut predicas
Cur conducebas. bal inopia alius non erat
Sed cur ſedebaſ in foro ſi eraſ coquuſ.
Tu ſolus poſt alios: Co ego dico tibi
Hominum auaritia ego ſum factus improbior coquus.
Non meopte ingenio. bal qua iſtuc rōe. co eloquar
Quia enim cum extemplo ueniunt conductum coquum
Nemo illum querit qui optimus & cariſſimus eſt
Illum conducunt potius qui uiliſſimus ē
Hoc ego fui hodie ſolus obſeſſor fori
Illi dragmaſ iſſent miſeri me nemo pot̄
Minoriſ quiſq̄ nūmo ut ſurgam ſubigere
Non ego item cenam condio ut alij coci
Qui mihi condita prata in patinis proferunt
Boueſ q conuiuas faciunt herbaſq; oggerunt
Eaſ herbas herbis alijſ porro condiunt
Indunt coriandrum feniculum alium atrum olus
Apponunt rumicem braſſicam betam blitam
Eolas arpici libram pondo diluunt
Teritur ſinapis celera cum illis qui terunt
Priuſq̄ triuerunt oculi ut extillent facit
Ei homineſ cenas ſibi coquunt cū condiunt
Non condimentis condiunt ſ; ſtrigib;
Viuiſ conuiuis inteſtinaq; exedunt
Hoc hic quidem homineſ tam breuem uitam colunt
Cum haſce herbas huiuſmodi in ſuum aluum congerunt
Formiduloſas dictu non eſu mō
Quaſ herbas pecudes non edunt homineſ edunt

Lizenz: CC-BY-NC – Cologny, Fondation Martin Bodmer, Cod. Bodmer 138, f. 179v – Plautus, Comedies (http://www.e-codices.ch/de/fmb/cb-0138/179v)